

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Constantis Augusti cæde, & rebus quæ Romæ cuenerint. Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

# HERMIAE SO<sup>74</sup>

ZOMENI SALAMINII HI  
STORIAE ECCLESIASTI-  
CAE LIBER QVARTVS.

*De Constantis Augusti cæde, & rebus quæ  
Rome euenerint. CAPVT I.*



T Q V E ista quidem ita accidisse cognouimus. Quarto autem anno post concilium Sardicense, Constās in Gallia versus solē occidētem sita, interficitur. Magnentius verō, qui cædē ei per insidias parauerat, omnem eius ditionem in suam potestatē redigit. Porrò Bretannio quidam Sirmii à militibus Illyricis imperator declaratus est. Maxima autem pars istarum calamitatum in damnū antiquæ Rōmæ propterea recidit, quod Nepotianus, filius sororis Cōstantini imperatoris, cum multos gladiatores sibi ascivisset, de imperio decertare cœpit. Verūm iste quidem à militibus Magnentii trucidatus est. Constantius verō, ubi summa imperii ad ipsum solum rediit, imperator renuntiatus, ad tyrannos è medio tollendos omni cura & cogitatione incubuit. Interim Athanasius concessit Alexandriam, cōciliumque episcoporum Aegypti cogendum curauit, quod decretatum Sardicæ de ipso, tum in Palēstina sancita suffrāgiis suis quoque confirmarent.

Quod Constantius Athanasium rursus abigit, & qui consubstātiale propugnabat exilio mulctat, & de Pauli Cōstantinopolitani morte, & q Mācedonius iterū ad sedē restitutus, multa nepharia designauit, & de Martirio & Marciano martyrib<sup>9</sup> CA. II.

I mperator autē Cōstantius calūniis Arianorū inductus, non in eadē quidem perstabat sententia, sed contra acta concilij Sardicensis iam dudū promulgata, iubebat eos,

K ij qui